



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Nicolaus Staurophorus. 2. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

2.Iunii.
qui spem
e dignum,

RUS

iam in-
hemius

Dei sui
tantum
d modò
diaboli
o, in li-
persuasit,
eris in-
vs, qui
ngmen-
flus, ex
xcultus
exeme-
bus ani-
, pleno
filiā ad
ique in
r senti-
rito ty-
, & san-
odidit.
runt, &
ut. Sil-
i, Can-
er orbis
Surio.
cuneos

2.Iunii. VITÆ SANCTORVM. 277
ac frementes bestias de agro cordis nostri ejicere, mul-
lumq; eis in ea, quæ juris nostri sunt, permittamus lo-
cum perverse dominationis habere: non videant nos
inimici nostri cedere, ne de nostris valeant receffibus
exultare. S.Pet.Damian.ferm.75.

S.NICOLAUS STAUROPHORUS.

2.Iunii.

Altius in animum NICOLAVS verba CHRISTI
demisit, quām nos paſſim ſolemus. Vix enim
illa audierat, quibus ad fortiter ferendam Crucem
mortales extimulat, cū illico melioris fortunæ,
ſi quisquam aliis, ſibi ipſe faber crucem ingentem
paravit, & cum hac in animum CHRISTI M.
LXXXVIII. in Italiā venit. Ibi exalceatus, &
pannis obſitus pueros cogere; dux his ad tem-
plum eſſe; ſolemnia, quibus misericordiam Nu-
minis provocamus, verba præire; ante ſolis occa-
ſum nihil in viētum admittere; ſed & tunc non
niſi pane cibario famem, & undā ſitim domarc;
à precib; intereā nunquām deſiſtere; Crucem,
quam nos ultro abſicimus, nunquām deponere.
Viſum eſt hoc genus vitæ loci Antistiti primō in-
ſolens: ſed re melius inspectā, laudavit viri stu-
dium, & ad mensam inſuper ſuam per quam libe-
raliter invitavit. At NICOLAVS febri correptus, ad
ſigna ſua prætextatum agmen convocavit, mo-
riensque, inter fauftas appreceptiones, Crucem illi
ſuam teſtamento legavit, magnam tam parvulis,
& opulentā oppidō, ſi æſtimare norunt, hære-
ditatem. Ex Pet.de Natalib.

Auctor pietatis in Cruce pendens teſtamentum con-
didit: Apostolis perſecutionem, Iudaïs corpus, Patri
Spiritum, Virginii Paranympnum, Latroni Paradisum.

M 7

peccatoris

*peccatori infernum, Christianis Crucem commendavit.
S. Ambros. serm. de Pass.*

SS. PERGENTINUS ET LAURENTINUS
MM. 3.Iunii.

NOn minùs sanctum quām nobile par fratrum PERGENTINVM & LAVRENTINVM aspicis, quorum nomen Aretini cives ad Tiburtium pietatis hostem delaturi h̄ec accusationis capita habuere; ludum literarium eos quotidie frequente: rimari arcana Philosophiæ Christianæ; & jam privatim exercere magisterium ejusdem sectæ; id si publicè audeant, neminem forte, quem non eloquentiā sint corrupturi. Tiburtius propriâ confessione convictos, inviolatos tamen abire passus est, tantò nequior, quantò blandior. Nihil deinde de more suo remittentes cædi fastibus jussit, plagiisque obscuratos inediâ plechi. Tridui jejunio maceratis Angelus mensam struxit de cælesti penumcellaque; cuius delicias qui gustet, sentiat profectò, obsonare famem tanti fuisse. Allapsa simul cælo lux, & sponte laxatis carceris foribus, Christianis cum Pergentinâ sorore ad captivos via patuit: sed ii cæli nectarē ebriis fugam suadere aggressi frustra fuerunt. Carnificum contrà ad mortem eos evocantium suavissimæ voces visæ, quam priusquam oppeterent, faxeam Jovis statuam ardore precum suarum in modum ceræ coegerunt liquefcere. Illustræ miraculum inquires; imitabile tamen: potes tu quoque Bacchum, Venerem, aliaque improbae mentis idola precibus extinguere. Ex Surio.

*Quacunque vitia habemus & quotcunque peccata,
tot recentes habemus Deos. Irratus sum; ira mihi Dei*

ffh